IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 173v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Memor esto verbi tui
Facti servo tuo in scripturis sanctis promissionis
vite eterne in quo mihi spem dedisti adipisten
di vitam eternam
Hec spes consolata est me in afflictione mea qz eloquium
tuum mihi in hac angustia posito eterne vite pabulu
subministrat
Vere consolatus sum in afflictione mea quia et si
Superbi inique agebant valde iustos et bonos multi
pliciter persequendo verumtamen quantucunqz me impel
lerent ego a lege tua non declinaui ad quod tamen
instabant superbi
A lege autem tua non declinaui sed Memor fui iudi
ciorum tuorum quibus a principio mundi obedientes remune
ras et impios dampnas et quo vnusquisqz secundum
permissum tuo afflictus in presenti ut consolationes accipiat in fu
turo et consolatus sum ego qz cognoscens sine dei ordina
tione nullum infici posse consolatus sum in tribulationibus
meis certum me faciens remunerandum a te
Vir iustus licet in se consolatus dolet tamen de peccatoribus
vnde ait Defectio i afflictio et dolor tenuit me propter peccatores
non propter mihi mala inferentibus sed propter derelinquentibus
legem tuam qui sunt multi valde
Pro illis deficiebam qz ut auferrem tedium a me cantabam
tibi psalmos et ymnos in corde meo vnde Cantabiles
et ad dicendum te delectabiles mihi erant laudes tue
in loco miserie vite presentis in qua peregrinamur a
dno
Memor fui cantando tibi laudes no solum de die sed
etiam de nocte non solum tempore prosperitatis sed etiam ad
uersitatis nomis tui cognoui te esse dnm me seruum
et iustum esse qz dns seruum corrigat custodiui i patiar